i,

Vir summe.

Incomparabile opus tuum quater perlegi, cuius elegantia stili, rerumque maximarum connexio nondum voluptatis satietatem attulit.

Ἀντίδωρον nullum habeo. Precor igitur Deum, ut tibi novo hoc anno sempiternam suam gratiam impertiri dignetur!

Libellum mitto vix lustratione tua dignum. Sed cum Deo gratus sit, et amicos meos omnes de finiendo mox ad aeternitatem itinere moneat; vix est, ut tibi ingratum fore existimem magno consilio scriptum schediasma. Vale.

Gothae CIↃIↃCCXLIIII. v. Jan.

T. sempiterno obsequio,

E. S. Cyprianus.